At ille respondit ei. Quid? nonne apostoli et prophete homines fuerunt qui
nobis et fidem et graciam tradiderunt. aut tunc deus presens erat.
nunc vero absens. Deus omnia potest et quod potest semper potest. Si ergo deus bonus
est quare tu malus es. Sic hiis et aliis verbis sepius fugavit
dyabolus.

De paciencia cuiusdam nomine beniamin.

In monte nitrie fuit quidam frater vir nomine beniamin qui
per octoginta annos in abstinencie virtutibus summam
donorum spiritualium graciam consecutus est. Qui sive manus cuique impo
suisset sive olei benediccionem dedisset ab omni languoris molestia sol
vebatur. Hic ante octo annos menses sue dormicionis aquoso
languore percussus in tantum intumuit ut minores minore
manus eius digitum utriusque manus alicuius coniuncti digiti minime
valerent amplecti. et cum astantes passionis eius dolore non possent
aspicere oculosque ab eo deflecterent ille beatus ait eis. Orate
filii ut homo meus interior isto labore sit liber. Hoc namque corpus
nec sua me sanitate sublimem reddit nec dolore deiectum.
Per octo namque menses illos facta est ei sella latissima in qua inces
santer sedebat propter reliquas corporis necessitates iam non valens in
corpore requiescere. Qui tamen in hac passione constitutus alios dei
gracia sanavit quoscumque languore vexatos. Quod beatus
macharius demoniacum sanavit.

Fuit quidam macharius nomine in egypciis partibus commorans
qui vixit .xc. annos. ex quibus .lx. in deserto comple
vit. Ad hunc alium filium iuvenem demone laborantem lamen
tans mater adduxit cum quo duo in singulis lateribus coniuncti viri
attinebant. Quem tale demonium quod legio flammea vo
catur possederat et eundem iuvenem demonium tale compellebat
ut cum una vice cum .x. vix panes saturarent iam
saturatus statim esuriret et sitiret in tantum ut si a matre
non subito saciato reficeretur cogeretur a demonio egesti
onem